mis modis prime figure ⁊ omibus tercie. ⁊ secda conuenit tam pme q̃z secde figure. Prima regula minore exñte negatiua nihil seqtur. Ratio istius regule. qz si minor esset negatiua in pma ⁊ tercia figuris. tunc oporteret maiorē esse affirmatiuā. ⁊ cōclusionē negatiuā p regulā generalē. si vna pmissaꝝ fuerit negatiua cōclusio erit negatiua. ⁊ sic argueret a nō distributo ad distributū. qz pdicatū in maiori nō distribuit. qz est affirmatiua ⁊ pdicatū ppōis affirmatiue non distribuit. sz pdicatū in cōclusiōe distribueret. eo q cōclusio esset negatiua. Unū argué a non distributo ad distributū est argué a posicōe oñtis ad positōez añtis. sz non vz arguere a positōe oñtis ad positōz añtis. imo cōmittit fallacia oñtis. ergo nō valz argué a nō distributo ad distributū. Vl' argué a nō distributo ad distributū est argué a ppōe indiffinita ad ppōez vl'em. vl' a ppōe hñte plres causas ꝓpriatis. i. a pticulari vl' indiffinita ad ppōez hñtem vnā cām ꝓpriatis. i. ad ppositōz vl'em. Alia rō ē. qz si sic argueret tunc darētur tmi in qb⁹ omi ⁊ in qb⁹ nulli. tmi in qb⁹ omi st' hō al' equ⁹. vt omis homo est aial. nullus equus est hō. ergo omis equus est aial. Termini vero in quibus nulli sunt. aial. hō. lapis sic arguēdo. ois homo est al'. nullus lapis est homo ergo nullus lapis est aial.

Arguit Bene seqtur. ois hō est aial. nullus lapis ē hō ergo nullus lapis est aial. ⁊ tñ minor est negatiua. Ddm q lz aliqd seqt materialit ⁊ grā terminoꝝ. tñ formaliter nihil seqtur. Sz dicēs omis mōi pme figure sunt formales ⁊ tñ est aliqn modus pme figure cui⁹ minor est negatiua. vt fapesmo ⁊ frisesomoꝝ. Ddm q ista regula ꝓpriatē hz in modis directe cōcludentib⁹. sz fapesmo ⁊ frisesomoꝝ st' modi indirecte cōcludētes. Et rō q̃re minore exñte negatiua in modis idirecte cōcludentib⁹ aliqd seqtur est. qz tūc nō arguit a nō distributo ad distributū. sz h̄ incōueniēs esz in modis directe cōcludētibus

Tūc ponit secdam regulā. di. q maiore exñte pticulari in q̃rtuor pmis modis pme figure. ⁊ in oibus secde nihil seqtur Cui⁹ rō est. qz si maior esset pticularis siue affirmatiua siue negatiua oporteret minorē esse vlez ⁊ affirmatiuā. pptER regulas ptractas et sic subiectū maioris nō distribueret eo q est pticularis. ⁊ predicatū ppōnis minoris nō distribueret eo q esset vlis affirmatiua. ⁊ sic medium nullibi distribueret. quod est incōueniēs. qz tunc medium vniret cum extremitatib⁹ p diuersis. ⁊ ergo nō oz

q̃ vnirent extremitates inter se in ꝯclusione. Sz rō Aresto. est
qz tūc darent tmini in q̃bus oi. z in q̃bus nulli. Termi in q̃bꝰ
dī stz hō aial risibile arguēdo sic: q̃dā hō est aial. oē risibile ē hō
q̃ oē risibile est aial. Termi in q̃bꝰ nulli stz aial asinꝰ hō. arguē
do sic. qdāz animal est hō. omnis asinus est aial. ergo nullus
asinus est homo.

Arguit Bn̄ seq̃tur. aial rōnale currit oīs hō est aial rō
nale. q̃ hō currit. z tn̄ maior ē pticularis. q̃ scda
regula est falsa. Dd. q̃ hꝰ ē grā materie z nō grā forme. qz ī alijs
nō tz. vt qdā aial ē asinꝰ. oīs hō est aial. q̃ q̃dam hō est asinus
Sed diceres. bene seq̃tur grā forme formādo syllogismū in fri
sesomorꝝ. Dd. q̃ ista regula intelligit de modis directe ꝯcludētib
bꝰ. sz in frisesomorꝝ cōclusio ē indirecta

Barbara primus modus.

Hic docet in spāli quō z qualr q̃libet syllogismꝰ formet ī mō
et figura. Et in istz modis pncipalr q̃ttuor stz notāda. pmo q̃ ī
q̃libet dcōe stz tres syllabe. scdo q̃d significet vocal cuiuslibet syl
labe. tercio notāde stz ꝯsonātes a q̃bus incipiūt dcōes. q̃rto no
tāde stz iste q̃ttuor cōsonātes in medio vel in fine. scz. s. p. m. c. et
qz autor nr oīa ista declarat in fine. iō hꝰ reliquunt. pmo q̃ docz
cōstituere pmū modū pme figure. s. barbara. cuꝰ formatō facilr
habet p illā vocalē a. ter posita in illa dcōe. Et q̃ iste modꝰ est p
mus iō ē. qz ē pfectior alijs. eo q̃ cōcludit vlr z affirmatiue. sed
celarent ꝯcludit vlr z negatiue. sz darij z ferio tn̄ ꝯcludunt p
ticularitter. ergo ptz ordo

Notandū Q̃ duplex est syllogisinꝰ. s. pfectꝰ z ip
fectꝰ. Perfectꝰ syllogismꝰ ē q̃ nullī alte
riꝰ indiget. pter ea q̃ posita stz. i. pter pmissas in mōr figura di
spositas vt appareat necārius. i. vt euidēter inferat suā ꝯclonē
sicut sunt q̃ttuor modi pme figure directe cōcludētes: qz regulā
tur euidēter z imediate p dici de oī vl p dici de nullo. Syllogis
mꝰ ipfectꝰ ē q̃ vniꝰ aut pluriū indiget pter ea q̃ posita stz p sūp
tos tminos. nō āt p sūptas ppōes. z sic oēs alij syllogismi a q̃t
tuor pmis pme figure stz ipfecti. qz indigēt vnꝰ. i. ꝯuersiōis tn̄
aut reductōis p ipossibile tn̄. vl pluriū. i. ꝯusionis z trāspōnis
pmissarꝝ sil. vt appareāt necessarij

Arguit Quilibet syllogism⁹ bon⁹ hz oia req̃sita ad esse syllogismi. g⁰ oīs syllogism⁹ ē pfect⁹. Añs pba tur. qz hz tres t̃mios z duas ppōes. Dōm q̃ pfectū capit̃ du/ plr. Uno⁰ vt ē idē qd integrū. z sic oīs syllogism⁹ ē pfect⁹. Alio⁰ capit̃ vt est idē qd euidēs. z sic nō oīs syllogism⁹ est pfectus

Arguit Enthymema ē syllogism⁹ ipfect⁰ z tñ diffi⁰ syl/ logismi ipfecti sibi nō ꝓueit. Dōz q̃ syllogism⁹ dr̃ ipfect⁰ dupl'r. Uno⁰ qz deficit in vna p̃missa z sic enthime/ ma ē syllo⁽ⁿ⁾ ipfect⁹. Alio⁰ qz ineuidēter ꝓcludit z sic diffinit̃ hz

Querit Utrū barbara sit formal' ꝓña. Dōm q̃ sic. qz tz in oib⁹ t̃mis ꝓsimili forma arguēdi retēta z ad ꝓsimilē formā req̃rūtur q̃ncz. s. eadē q̃litas eadē q̃titas ea/ dem copula idem sit⁹ z idez nūs t̃mioz. Uñ ꝓña dr̃ formal'. q̃a tenet gr̃a forme illi⁹ ꝓñe quare oia alia argum̃ta ꝓsimilē formā hñtia stz bona sicut si deberet fieri syllogism⁹ in barbara req̃rit̃ q̃ oēs p̃musse sint vl'es ex q̃buscūqz fiat t̃mis. Etz sic de rōe forme ē cōicabilitas ita illa ꝓña q̃ oib⁹ t̃mis ē cōicabil' ē formal'. sz il/ la q̃ zhit̃ ad spēales t̃mios sic qñ ar̃ ab ifēiori ad supi⁹ ē mar̃ial'

Arguēdo in barbara fit mutatio suppōis. g⁰ ꝓña in ipso nō vz. ꝓña ptz. qz mutatio suppōis causat fallaciā figu re dictōis. Añs pbat̃. qz mutat̃ suppō pſonal' in simplicē ex p/ te medū qd in maiore suppoit pſonal'r z i mioze simpl'r. Dōm q̃ ñ oīs mutatio suppōis cāt fallaciā figure dictōis. sz illa q̃ fit ex diūs caus vt hz hō ē spēs. g̃ aliqs hō ē spēs l' etz ecōtrario nul l' hō ē spēs. g̃ hō ñ ē spēs. sz i barbara fit mutacō suppōis ex ea/ dē cā. qz ppt̃ sig⁽ⁿ⁾ vl'e affirmatim qd facit sbiectū maioris habē suppōez pſonalē z pdicatū mioris hze suppōez simplicem

Arguit Nō seq̃t i barbara. oē al' si ē risibl'e ē asin⁹. oīs hō ē al' si est rudibile. g̃ oīs hō ē asin⁹. qz p̃musse stz ve z ꝓ⁰ fl'a g̃ barba ra nō ē formal' ꝓña. qz nō tz i oib⁹ t̃mis. Dōm ad maiorē. qz vl' ē vna ppō hypotetica ꝓdicōnal'. z sic ē ve. sz ex ppōib⁹ hypote/ ticis nō pt inferri ꝓ⁰ cathegorica. Aut maior ē de ꝓdicōnato extre mo hz ē dupl'r. qz l' illa ꝓdicō refert̃ ad sbiectū illi⁹ ppōis scz aīal aut ad pdicatū scz asinū si teneat se a pte sbiecti. tūc maior ē fl'a. qz ē sensus de q̃cūqz vez ē dicē q̃ sit al' de illo vez ē dicē q̃ sit asi nus qd falsū ē. z sic maior ē falsa. sic etz ꝓ⁰ Sz si referat̃ ad pdi/ catū. scz ad asinū. tūc est vera. sz tunc male subsuit̃ i miori ppōe.

qz illa cōditio nō debet poni cū medio in pdicato minoris. eo q̄ nō ponebat ad medīū in subiecto maioris.

Notandū Qz septē sūt cautele obſuande ad debite syllogisandū in omib⁹ mōis z omib⁹ figuris. Prima est q̄ pmisse debent esse cathegorice. qz ex ppōib⁹ hypotheticis nō seq̄t cōclu⁹ cathegorica. Secō q̄ h̄ sit pdicatum minoris qd̄ est subiectū maioris z nō magis neqz min⁹. Tertiō q̄ minor extremitas īmediate dz subsumi sub medio. Quarto q̄ ēmuni debent teneri eqz ample z eqz stricte. Quinta conditio q̄ nō dz argui cū ill' terminatōib⁹ ecētialiter vel accētaliter. Sexto q̄ nō arguat a nō distributo ad distributū hoc est q̄ caueat ne aliqd distribuat in cōclusiōe qd̄ nō sit distributū in aliq̄ pmissarz. Septima q̄ medīū nūqz dz intrare cōclusiōez.

Arguit Dic oē rōnale l' irrōnale ē hō. oīs asin⁹ ē rōnal' vl' irrōnalis. ḡ oīs asin⁹ est hō arguit' p istū modū z tñ cōclusio est falsa. Dōm q̄ vel ille due ppōes sūt hypothetice disiūctiue. z sic sūt ꝓe. sz nō pt seq̄ cōclu⁹ cathegorica ex ppōib⁹ hypotheticis. vel maior ē vna cathegorica z disiuncto sbiecto et hoc duplr. qz vel totū disiunctū distribuit. z sic maior ē falsa z similit cōclusio. vel altera ps disiuncti distribuit. scz pma. z sic maior est vera sed male subsumit. qz p.us est predicatū minoris qz subiectū distributū in maiore.

Arguit Dic aī in ppōib⁹ cathegoricis. z tñ nō seq̄tur in barbara cuiuslibet hoīs asin⁹ cr. oīe rudibile est asin⁹. ergo oīe rudibile cr. Dō m q̄ nō tene aī in barbara. qz subsumit sub asino qd̄ nō distribuit in maiore. sz deberet fieri subsumptio sub homine qd̄ est subiectū distributōis.

Arguit Nō seq̄t q̄cūqz dt te esse aial dt verū. q̄cūqz dt te eē asinū dt te esse aial. ḡ q̄cūqz dt te esse asinū dt verū. Dōm q̄ maior ē duplr fm fallaciam amphibologie penes terciū modū. qz hec oīo te esse aial fm se vnū fcat. z cuz alio adiūcta plūa fcat. nā maior vno modo significat q̄ oīnis dicens te esse aial. id est oīnis dicens hanc ppōez tu es aial dt verum. tunc maior est vera z minor falsa. qz sensus minoris ē omnis dicens te esse asinū est dicens. q̄ tu es aial qd̄ nō est verum. Alio modo maior fcat oīnis dicens aliquid ad qd̄ seq̄tur te eē aial dt verū tunc est falsa z minor vera.

Sl̃ Nõ seq̃tur oīs ēntia diuina ē pater. oīs filiꝰ in diuis est ēntia diuina. gꝰ oīs filiꝰ in diuis ē pater Dõm vnoꝰ q̃ ibi est fallacia figure dcõnis. nã sub signo distributiuo subesub sumit terminꝰ alteriꝰ p̃dicamẽti scz filiꝰ. Vel dr q̃ nõ bñ arguit qr medũ ñ distribuit in maiore p̃ miore extremitate subsũpta.

Sl̃rguit Nõ seq̃t in barbara oē currēs ē asinꝰ. oīs hõ est currēs. ergo oīs hõ est asinus. qr p̃misse p casum possibilē sunt vere ⁊ possibiles ⁊ conclusio est impossibilis. ergo barbara nõ ē pseq̃ntia formalis. Dõm licet premisse sint possibiles seorsum capte. nõ tñ sunt cõpossibiles quia nõ possunt se cõpati in veritate ⁊ p tãto sunt false quare seq̃tur cõclusio falsa.

Celarent secũdus modus

cõstat ex maiori vl'i negatiua ⁊ minore vl'i affirmatiua ꝓcludẽtibus vl'ez negatiuã. exẽplũ ptz in textu. Et sillogismꝰ factꝰ in celarent est pfectꝰ. qr euidẽter regulat̃ p dici de nll'o. ⁊ etiã ē formalis cõsequẽtia. qr tenet in oībus terminis cõsil'i forma arguẽdi retẽta.

Sl̃rguit Nõ seq̃t nullũ affirmatiũ ē negatiũ. oīs ppõ ē affirmatiua. ergo nll'a ppõ est negatiua. ibi cũ premisse sunt possibiles ⁊ sibi invicẽ cõpossibiles. ⁊ tñ conclusio est nõ potēs esse vera ꝓpter reflexionẽ quã hz supra scipaz. Q̃ aũt premisse sunt cõpossibiles patet qr maior ē necẽria ⁊ minor est possibilis. sz necessario cõpossibile est qd̃libz possibile. Dõm q̃ licet minor sit cõpossibilis maiori vt cõpossibile idē est qd̃ simul possibile. nõ tñ est sibi cõpossibilis vt idem est qd̃ simul cũ alio potēs esse vez. qr maior est ꝓpositio negatiua. qñcũqz igitur ipa est tũc aliq̃ ppõ est negatiua. ⁊ p cõseq̃ns minor que fuit oīs ppõ est affirmatiua nõ potest simul esse vera dcã maiore.

Sl̃rguit Hic nõ seq̃t in celarẽt nullũ aīal dñ dormit vigilat. oīs hõ ē aīal dñ dormit. ergo nullꝰ hõ vigilat Dõm q̃ maior est distinguẽda. qr vel est vna hypothetica tpalis et sic est vera. qr valet illã nullũ aīal vigilat duz omne animal dormit. sz ex ppõnibus hypotheticis nõ p̃t sequi cõclusio cathegorica. vel maior est vna ꝓpõ de tpato extremo sez subiecto. hoc est dupl'r qr vel hoc totũ distribuit tũc maior est falsa sil'r ⁊ cõclusio. Vel illa negatio distribuit vnũ terminũ et sic est vera. sed male arguitur quia deberet sic argui nullum animal dñ

dormit vigilat.omis hō ē al'.g̃ null⁹ hō dū dormit vigilat

Arguit Hic arguit ī celarēt nullū viuēs generabit omis hō ē viuēs g̃ null⁹ hō generabit.ꝛ tm̄ pmisse sūt ve ꝛ cōclusio falsa.Dd.q̃ male arguit. qꝛ arguit a min⁹ amplo ad magꝭ amplū cū distributōe magꝭ ampli. Et arguē a minus amplo ad magꝭ amplū ē arguē ab aliq̃ ēmino posito in ante tento p paucis suppositꝭ. ad eūdē ēminū positū in ante accepto p plib⁹ suppositꝭ.dicēt g̃ sic argui.nullū viuēs generabit omis hō ē viuēs.g̃ null⁹ hō actu exīs generabit

Arguit Hic arguit in'celarent.ꝛ tm̄ non seqtur. nullus maurus valet albū.omnis florenus valet maurum.g̃ nullus florenus valet albū Dd̄m q̃ nō bene arguit.qꝛ plus est pdicatū minoris q̃ subiectū distributōis maioris.ꝛ sic sunt ibi ꝑtu aliter q̃ttuor termini.qꝛ hoc totū valēs maurū ē pdicatū minoris.ꝛ maurus est tm̄ subiectū distributōis maioris.Et ergo deberet sic argui.nullus maurus valet album omis florenus est marus.ergo nullus florenus valet album.tunc sicut cōclusio est falsa ita ꝛ minor

Darij ēcius modus cōstat.

ex maiore vl'i affirmatiua.ꝛ minore pticulari affirmatiua. ꝯcludentib⁹ pticularē affirmatiuā dicē. Et syllogism⁹ fcūs in darij ē pfcūs.qꝛ fit debita sbsūptio ī isto syllo^{mo}.ꝛ regulat p dici de oi Etiā ē formal' ꝯna.qꝛ tz ī oib⁹ imis ꝯsil'i forma arguēdi retēta.

Arguit Syllo^{mo} fcūs in darij reducit ad sdm modū pme figure vt docet Aresto.g̃ nō ē pfcūs.Dd. q̃ syll's fcūs in darij ē pfcūs eēntial'r ꝛ accētal'r.qꝛ hz euidentē ꝯcl'oez.tm̄ ex pte q̃ztitatꝭ dꝛ aliq̃ mō ipf.cūs ꝯpando syllogismū fcūm in darij ad syll'os fcōs in duob⁹ pmis modis.exq̃ vl'is ē p fectior pticulari.ꝛ sic Aresto.docz reducē p ipossibile darij ad camestres.vt vlteri⁹ reducat ad sdm modū pme figure.s.ad celarēt. Et fit reductōꝛtal' sumēdo oppositū ꝑdcōriū ꝯcl'oris cū maiore inferēdo oppositū ꝑdcōriū minoris tūc erit syll's i camestres sz ibi nō ē stat⁹.sz vlteri⁹ reducit ad celarēt.ꝛ sic darij dꝛ ꝛ syll's p fcūs q̃ztū ad alios mdos seqntes.sz dꝛ ipfect⁹ q̃ztū ad pcedētes

Arguit Darij nō tz in oib⁹ termis ꝯsilib⁹.g̃ nō est formal' ꝯna. Ans pbat qꝛ nō seqtur.omē idiuidu

um alicui⁹ ſpeciei eſt aſin⁹. ſortes eſt indiuiduũ alicui⁹ ſpēi. g⁰ ſortes eſt aſin⁹. Dōm q̄ eſt bonũ argumentũ in darij. ſz ſicut maior ē falſa ſic ⁊ cōclu⁹ Sz dicēs maior ē vera. ꝓbat. qz omne indiuiduũ iſti⁹ ſpeciei demonſtrādo aſinũ eſt aſin⁹. g̃ omne indiuiduum alic⁹ ſpeciei ē aſin⁹. ⁊ ita ꝓbat a ſingulari ad pticularē ſicut ꝗ iſte hō currit. g⁰ aliq̄s hō currit. Dōm q̄ ibi nō ar̄ a ſingulari ad pticularē. ſz virtualiter a ſingulari ad vl'em. ⁊ ſic arguit a nō diſtributo ad diſtributũ ex pte li ſpeciei qd̄ in ante cedente ſuppoit diſcrete ⁊ in ⁊ñte ⁊fuſe diſtributiue. qz omis obliquus ſequs rectũ diſtributũ ſupponit eadē ſpecie ſuppois.

Arguit Hic ar̄ in darij vbi ꝑmiſſe ſtꝫ ꝑe ⁊ tm̄ cōcluſio ē fl'a. omne riſibile eſt al'. tm̄ hō eſt riſibil'. g̃ tm̄ hō eſt al'. Dōm q̄ ibi nō bñ cōcludit. qz nō dz pl⁹ poni in cōcluſiōe cū maiore extremitate q̄z ponebat in maiori ꝓpōe cū pdicato illi⁹. ſz hoc ſignũ tm̄ nō ponebat in maiore ꝓpōe. ergo etiā nō debet poni in concluſione q̄re dz ſic cōcludi. ergo homo ē al'.

Arguit Nō ſequit in darij ſic arguēdo. oē natũ ē. ⁊ adā eſt nat⁹. g̃ adā ē. Dōz q̄ ibi ñ ē forma i darij. qz ꝗ ſtꝫ q̄ttuor tmi. nā me⁹ al'r ſuit i maiori ⁊ i minori. qz i maiore ſtat ſolũ ꝑ ñtib⁹ ⁊ i minore ꝑ ñtib⁹ ⁊ ꝑteritꝫ. qz niſi ſic minor eēt fl'a.

Arguit Hic bñ ar̄. omne currēs ē aſin⁹. ſortes ꝑt eē currens. g⁰ ſortes ꝑt eē aſin⁹. Dōm q̄ ñ bñ ſbſumit qz pl⁹ eſt pdicatũ minoris ꝓpōis q̄z ſubiectũ diſtributōis maioris. qz currens eſt ſubiectũ maioris ꝓpōis. ſz currēs nō ē tm̄ pdicatũ minoris. ſed hoc totũ ꝑt eſſe currens eſt pdicatũ

Arguit Nō ſequit. oēs apl'i dei ſtꝫ duodecim. petr⁹ ⁊ paulus ſtꝫ apl'i dei. g⁰ petr⁹ ⁊ paul⁹ ſtꝫ duodecim Dicēdũ q̄ oēs capit dupl'r. Uno⁰ diſtributiue ⁊ tūc eſt bon⁹ ſylogiſm⁹ in darij. ſz ſicut ꝗ⁰ ē falſa ita ⁊ maior. Alio⁰ capit oēs collectiue. tūc maior ē indefinita ꝓ ⁊ li omis eſt ps ſbiecti. ⁊ ſic totũ ſubiectũ maioris nō eſt pdicatũ minoris. Et tūc arguit ex puris pticularib⁹ qd̄ eſt ꝗ regulas generales.

Ferio q̄rtus modus ꝗſtat. ex maiore vl'i negatiua ⁊ minori pticulari affirmatiua cōcludēdo pticularē negatiuā directe. Et ſyllo⁹ fact⁹ in ferio ē pfectus qz regl'at ꝑ dici de nullo. Et ē formal' ꝓna. qz tz in oib⁹ tmis ⁊

Arguit Nō seqt in ferio. nullꝰ maurꝰ vz albū q̄dā florenꝰ vz mauz. gꝰ q̄dā florenꝰ nō vz albū. Dō. q ibi nō bñ arguit. qz plus ē p̄dicatū minoris q̄z sbcm̄ distributū maioris. qz sbcm̄ maioris fuit maurꝰ. z p̄dicatū minoris ē vz mauz. Et gꝰ dz si subsumi. nullꝰ maurꝰ vz albū. q̄dā florenꝰ ē maurꝰ. gꝰ q̄dā florenꝰ ñ vz albū. sz sicut ꝯclusio ē falsa sic etiam aliqua premissaz

Arguit Nic nō seqtur. nullū aīal ē spēs. hō ē aīal. ergo hō nō ē spēs. Itē nullū viuēs ē mortuū. hō est viuēs. gꝰ hō nō ē mortuꝰ Itē nullū generādū est animal. q̄dam hō est generādus. ergo q̄dam homo nō est aīal. Itez nullus hō potest esse regina. vxor regis est homo. ergo vxor regis nō potest esse regina Dōm q terminī ibi nō tenent eodē mō. qz minor extremitas nō tenet eodē mō in minore ꝓpōe z in ꝯclusione. qz hō stat in minore ꝓpōne p suis suppositis. vel ad minus nō repugnat suppositis. sed in ꝯclusione stat p natura cōmuni abstracta a suis suppositis. z sic equocatur hō. z arguit a suppositōne ꝑsonali ad simplicē. quare cōmittit fallacia figure dcōnis Sz in scdo z tercio nō fuatur eadē ampliatio ex pte ly homo qd in minore nō ampliatur. sed in ꝯclusione ampliat. in q̄rto ꝯo non fuatur restrictio vt patet.

Notandū Q ferio reducit ad p̄mū modū p̄me figure. z vlteriꝰ reducit ad scdm modū p̄me figure sumēdo oppositū ꝯdcōrū cōclusiōis tē ferio cū altera p̄missaz. s. maiori inferēdo oppositū alteriꝰ p̄miste. sz cesare reducit ad celarēt. z sic ferio reducit ad celarēt mediāte cesare

Arguit Nullꝰ modꝰ pfcūs dz reduci ad modū ipfectū sz ferio ē pfectior modꝰ q̄z cesare. g ferio ñ dz reduci ad cesare. Dō. q nullꝰ modꝰ pfcūs dz reduci ad modū ipfectū vt ibi sit statꝰ. sz vt p illū vlteriꝰ reducat ad modū pfectū

Arguit In q̄ttuor modis p̄me figure ꝯcludūt q̄ttuor genera ꝑbleumatū. gꝰ alij modi stꝰ supflui Tz ꝯñtia qz in illis eadē genera ꝑbleumatū cōcludūt. Dō dz. q̄z nis oia genera ꝑbleumatū cōcludant in q̄ttuor p̄mis modis. nō tñ cōcludūt oibꝰ modis. neq; eq̄ facilit. ꝓpter diūsaz dispōez ipsiꝰ medij. z gꝰ isti modi seqntes nō stꝰ supflui.

Baralíptõ qn tus modꝰ cõ

Hic ꝓñr de ꝓmiat de modis ꝑme figure idirecte ꝓcludẽtibꝰ. ⁊ ꝑ/
mo de baraliptõ eclãtes ⁊ dabitʒ. qz ꝓuenirũt cũ tribꝰ modis p/
fectʒ i ꝑmissis. sz fapesmo ⁊ frisesomoꝝ nõ hñt ꝓuenientiã cũ aliq̃
mõ pfcõ i ꝑmissis. gꝰ vltio loco ponñt. dt gꝰ ꝑꝰ. Baraliptõ ꝓstat
ex duabꝰ vlibꝰ affirmatis ꝓcludẽtibꝰ ꝓticulare affirmatiuã idi

Tresto. ponit sufficiẽt modos ꝑme figure (rec. vtz i lra
⁊ nil' dt de ill' tribꝰ eclãtes dabitʒ ⁊ baraliptõ. g nõ dñt ꝗ
poi. Dd. q modꝰ accipit dupl'r. Unoꝰ fm suã ẽntiã. i. ꝓ ꝑmissꝰ
tm. sic diffit. sic eclãtes dabitʒ baraliptõ ñ dzñt a tribꝰ ꝑmis mo
dis pfectʒ. ⁊ sic distinguit modos Tresto. Altioꝰ capit ꝓ ꝑmissis ⁊
ꝓcl'oe sil'. ⁊ sic distinguũt a tribꝰ ꝑmis. ⁊ sic capit. Pe. hys.

Nõ seqt oẽ albũ ẽ accñs. oīs hõ ẽ albꝰ. g qd dã accñs est
hõ. Dd. q ibi ꝓtual'r stʒ ũttuoz termi. nã albũ capit i ma
iori abstractiue. alias cẽt falsa. qz valet. i. res hñs albedinẽ est
accñs. qd ẽ fallsũ. sz i maiore capit ꝓcretiuez ꝓspectũ ad suũ sbcñ

Qr Utꝝ syllocꝰ fcũs i baraliptõ sit pfecꝰ vl' ipfcñs. Dd. q
ẽ ipfectꝰ. ⁊ pficit qñ rducit ad ꝑmꝰ mo ꝑme figure p ꝓ
sionẽ ꝓcl'oīs de barbara p accñs. ⁊ ꝗ oñsiue. sz p ipossibile ad ce
larẽt reducit. sumẽdo oppositũ ꝗdictoriũ ꝓcl'onis cũ maiore q̃
fit minoz iferẽdo oppositã ꝗriã ꝓuersã mioris. vtz facil'r practi
cãti. Et ẽ formal' ꝓña. qd ptz p vnã regulã ꝓñaꝝ. q̃cq̃d seq̃t ad
ꝓñs tõe ꝓñe seq̃t ad añs eiusdẽ. sz ad istas ꝑmissas oẽ al'e sba.
oīs hõ ẽ al' seq̃t ista. g oīs hõ ẽ sba. ⁊ ad istã oīs hõ ẽ sba seq̃tur
ista. q̃dã sba ẽ hõ. gꝰ de primo ad vltimũ ad ealdẽ ꝑmissas seq̃tur
ista ꝓclusio. q̃dã sba ẽ hõ q̃ hic ꝓcluditur.

Cõclusio istiꝰ modi nõ ꝑt ꝓũti p accñs. g ꝗ textũ Añs p
bat. qz ẽ ꝓticularis. sz ꝓpõ ꝓticularis nõ ꝑt ꝓũtl p accñs
Dd. q̃ꝗuis ꝓclusio de baraliptõ nõ ꝓũtit p accñs. ñ ꝓuertit cõ/
clusionẽ de barbara p accñs. sz ꝓuersio capit ꝗ actiue. qñ dz in
textu q reducat ad barbara p ꝓuersionẽ ꝓcl'onis p accñs.

Celãtes sextus modꝰ ꝓstat

ex maiore vl' negatiua ⁊ mīori vl' affiratiua ꝓcludẽtibꝰ vl'em
negatiuã indirecte. Et ẽ iste modꝰ formal' ꝓña. qz q̃cq̃d seq̃t ad

ꝓñs alicuⁿ ꝓñe etiã seqꝫ ad añs. Qd etiã ptz p reductõez
eⁿ ad celarẽt p ꝓsionẽ ꝓclonis simplr. ⁊ ꝗ oñsiue. Sz p ipossi
bile reducit ad darij capiẽdo ꝗdcõziũ sue ꝓclonis ꝑ minore. et
minorẽ ꝑ maiore inferẽdo ꝓsam ꝗdcõzie maiozis. vtz in isto
syllogismo. nullũ aial ẽ lapis. ois hõ ẽ aial. ḡ nullⁿ lapis est hõ
vbi arguit sic in darij. ois hõ ẽ aial. q̃dam lapis ẽ homo. ḡ q̃dã
lapis ẽ aial. ⁊ ad istã seqtur. qd̃dã aial est lapis q̃ ẽ cõtradcõzia
maiozis ꝑmi syllogismi

Arguit ñ seqꝫ in celãtes. nullũ currẽs ẽ hõ. posito ꝙ
nullⁿ hõ existat. oẽ ail ẽ currẽs. gᵒ nullⁿ hõ ẽ alⁿ
qz ꝑmisse stꝫ ve ⁊ ꝓclusio ẽ falsa. Dd̃. ꝙ ibi male arguit. qz ꝓtua
lit stꝫ. q̃ttuoz t̃mini. qz hõ in maiore tenet solũ ꝑ exñtibⁿ. sz i cõ
clusione tã ꝑ exñtibⁿ q̃z nõ exñtibus.

Dabitis septimⁿ modⁿ cõ-

stat ex maiore vli affirmatiua ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua cõ
cludẽtibⁿ ꝑticularẽ affirmatiuã indirecte. vt oẽ alⁿ ẽ sba. q̃dã hõ
est aial. gᵒ q̃dã sba ẽ hõ. Et reducit p ipossibile ad celarẽt capiẽ
do ꝗdictoziũ ꝓclusionis ꝑ maiore ⁊ maiorẽ ꝑ minore inferẽdo
cõuersam cõtradcõzie minoris. vt facilr ꝑt videri p exẽpla. Sz
reductio oñsiua sufficiẽter ptz in textu

Querit Quare nõ est aliq̃s modⁿ ꝓcludẽs ꝓclusionẽ
ꝓuertẽtẽ in ferio. Rñdet ꝙ cã ẽ. qz ꝓclusio de fe
rio nõ ẽ ꝓuertibilⁿ cũ sit ꝑticularis negatiua. q̃ nõ ꝑt ꝓuerti i ter
mis. sz bñ p ꝗpositõem de q̃ nihil ad ꝓpositũ. qz mutat t̃minos.
Uñ ẽ regula ꝓbatij. ꝙ ois syllogismⁿ inferẽs cõclusionẽ q̃ ꝑt cõ/
uerti ꝑt inferre indirecte cõuertentẽ eiⁿ. ⁊ ecõtra. syllogismⁿ infe
rẽs ꝓclꝰem q̃ nõ ꝑt ꝓuti ꝑt iferre idirecte aliquã ꝓclꝰem

Arguit ñ seqtur in dabitꝫ oẽ aial ẽ idiuiduũ qd̃dã
genⁿ ẽ alⁿ. gᵒ qd̃dã idiuiduũ ẽ genⁿ. Dd̃z. ꝙ nõ
rẽ arguit in dabitꝫ. qz mediũ alit capit in minore q̃z in maiore
qz i maiore alⁿ tenet ꝑ suis iferiozibⁿ. ⁊ i miore tenet ꝑ nata cõi

Fapesmo octauⁿ modⁿ cõ-

stat ex maiore vli affiirmatiua ⁊ minore vli negatiua. cõcludẽ
tibⁿ idirecte ꝑticularẽ negatiuã. Et reducit oñsiue ad ferio. sz p
ipossibile reducit ad barbara sumẽdo oppositũ ꝗdcõziũ ꝓclꝰis

p maiore. ⁊ maiorē p minore inferēdo oppositā ꝓtrariā ꝓsa3 minoris. exempla possunt facilr videri. Etiā pt reduci ad celarent sumendo oppositū ꝓtradictoriū ꝓclusionis loco minoris. Quando minore loco maioris. inferendo ꝓtrariā ꝓuersam maioris. vt3 faciliter practicāti.

Arguit Cōclusio debet ee sil'is alicui pmissaꝝ. vt dr p/mo poꝝ. sz ādc pmisse de fapesmo sl vl'es. g cōclusio erit vl'is ⁊ nō pticularis. Dd. q ꝓclusio dz ee sil'is alicui pmissaꝝ q ad qlitatē. iz in fapesmo vna pmissaꝝ ē negatiua. g cōclusio erit negatiua. ⁊ nō intelligit q ad qztitatē sicut argumētū pcedit. ⁊ sic ꝓmittit ibi falla figūe dcōis. qz in maiore itelligit qlitas. ⁊ in minore subsumit qztitas.

Arguit Minore exnte negatiua nihil seqt in pma figura. vt dixit pma regula spealis. sz i fapesmo minor ē negatiua. igr. Dd. q illa regula intelligit de modis directe ꝓcludētib⁹. mō fapesmo ē mod⁹ indirecte ꝓcludēs

Arguit Fapesmo dz magis reduci oñsiue ad celarēt. qz ad ferio. Assū prū pbat. qz pmisse de fapesmo. hnt maiorē ꝓuenētiā cū celarēt qz cū ferio. Dd. qzuis pmisse d fapesmo hnt maiorē ꝓuenētiā cū celarēt qz cū ferio q ad qlitatē et qztitatē. nō tn q ad seqlam. qz sic magis sequūt pmisse de fapesmo ad ferio qz ad celarēt.

Arguit Null⁹ mod⁹ general' dz poni p spealī mō. sz fapesmo ē mod⁹ genral' oim figuraꝝ. g h male ponit p mō spealī pme figure. Dd. q pma figura ē pfectior ⁊ potior alijs figuris. sic ponit istos duos vltios modos in pma figura pus qz i alijs. nō tn negat qn posset syllogizari p istos duos modos in scda ⁊ tercia figuris. Et ppter h Aresto. ponit eos p⁹ oēs figuras ad innuēdū q in oib⁹ ꝓcludi pnt

Frisesomoꝝ non⁹ modus.

ꝓstat ex pticulari affirmatiua maiore. ⁊ vl'i negatiua minore cōcludentibus pticularem negatiuā indirecte. Et reducit ostensiue ad ferio. maiore ⁊ minore ꝓuersis simplr. ⁊ per transpositōez pmissaꝝ. vt patet in tertu. Sed per impossibile reducit ad celarent sumēdo oppositū ꝓtradictoriū ꝓclusionis p minore. ⁊ minorē loco maioris. iferēdo ꝓdcōriā ꝓuersā maioris. Exēpla pnt

videri in textu Vel etiã reducit ad darij sumẽdo oppositũ ꝯdcõ
riũ ꝯclois p maiore ⁊ maiorẽ p minore in ferẽdo oppositũ. ꝯdi
ctoriũ ꝯsum minoris. Et sic pz q frisesomorꝫ ẽ formal' ꝯna. si
cut celarẽt vl' darij Et pt al'r sic pbari. qz q̃cq̃d seq̃tur ad ꝯns bo
ne ꝯne hoc seq̃tur ad aãs eiusdẽ. sz ad pmissas de frisesomorꝫ se
quunt premisse de ferio. ⁊ ad premissas de ferio seq̃tur conclusio
pticularis negatiua. ergo etiã ad pmissas de frisesomorꝫ. seq̃tur
ꝯclusio pticularis negatiua

Arguit Maiore exñte pticulari in pma figura nihil se
q̃t. sz maior i frisesomorꝫ ẽ pticularꝭ. gꝰ nihil se
q̃t in pma figura. Dõ. q̃ruis nihil seq̃t maiore exñte pticulari i
pria figũa direẽ ꝯcludẽ. tñ bñ idirẽ aliq̃d seq̃t. sz frisesomorꝫ cõ

Arguit Ois syllogismꝰ dz regulari p (cludit idirẽ
dici de oi vl' p dici de nullo. i. q dz fieri sbsũptio
sub sbco distributõis. sz i frisesomorꝫ ñ fit sbsũptõ tal' cũ maior
sit pticularꝭ affirmatiua. gꝰ nõ ẽ bonꝰ syllogismꝰ. Dõz. q q̃ruis
ibi ñ fit sbsũptio formal'r. tñ ꝓtual'r inq̃tũ i pmissis de frises
morꝫ intelligũt pmisse de ferio. mõ in ferio fit debita subsũptio.
gꝰ ꝓtual'r in frisesomorꝫ fit debita subsũptio.

Ap. 6 o 03.

Equit de secũda figu.

Postq̃z. P. h. determinauit de pma figura ⁊ modis eꝰ.
h ꝯnũ determinat de seda figura ⁊ eiꝰ modis Et pma fi
gura pcedit sedam. qz pma figura ẽ pfectior vt dictũ ẽ. Et seda
pcedit terciã ex eodẽ fundamẽto. qz i seda figura mediũ bis pdi
cat. sz in tercia bis subijcit. ⁊ pdicatũ hz rõz forme. sbcm ꝓ rõ
nẽ materie. sz forma dignior ẽ ⁊ por materia. gꝰ ptz ordo.

Arguit Illa figura ẽ pfectior q̃ hz plres modos. sz ter
cia figura hz ser modos. ⁊ seda tm q̃ttuor. gꝰ ẽ
pfectior Dõ. q pfectio figurarꝫ nõ attẽdit penes plalitatẽ mõꝫ
sz penes pfectõz medij. vl' etiã penes pfectiorẽ modũ ꝯcludẽdi
q̃ pfectior i mõ stꝫ in seda figura q̃z tercia

Arguit Sicut se hz sbctm ad pdicatũ. sic tercia figura
hz se ad sedaz. sz sbcm ẽ aã pdicatũ. gꝰ tercia fi
gura ẽ aã sedam. Dõ. q lz via generatõis sbcm sit aã pdicatũ
tñ via pfectõis pdicatũ ẽ aã sbcm. qz pdicatũ tz se in rõe forme
⁊ sbcm in rõe materie. mõ forma ẽ aã materiã. ⁊ talẽ ordinẽ ob

seruat. P.h. Et terminādo de scēda figura primo ponit aliqs regu las. q̄z prima ē. q maiore exñte pticulari nihil seqk. Cuⁿ rō ē. qa si maior eēt pticularis tūc argueret a nō distributo ad distribu tū ex pte maioris extremitatis, ptz qz sbcm ppōis pticularis nō distribuit. sz ille idē terminⁿ esset pdicatū ꝯclusiōis z distribue ret in eo q esset pdicatū ppositōis negatiue. qz semp ꝯcluditur negatiue in scēda figura. Alia ratio est. quia tunc darent termini in qbus omni z in qbⁿ nulli. Termi in qbⁿ oi stⁿ aial hō risibile arguēdo sic. qdā aial ē hō oē risibile ē hō. gⁿ oē risibile ē anial Termi in qbⁿ nulli stⁿ aial lapis risibile. arguēdo sic. qdā lapis nō ē aial oē risibile ē aial. g nullū risibile ē lapis

Arguit Bñ seqk qdā hō ē aial. nullⁿ lapis ē anial. g q dā lapis nō ē hō. Dd. q ḡ ē grā materie. qz nō formaliter tenet in oibus terminis

Arguit Frisesomorum ē formaliter ꝯña in oibⁿ figurⁿ. z ma ior ē pticularis in illo mō. g bñ seqk aliqd in se cūda figura maiore exñte pticulari. Dd. q frisesomorum ē bñ for maliter ꝯña in oibus figurⁿ ꝯcludēdo indirecte. sz nō directe. mō ista regula intelligit de modis icdē figure directe ꝯcludentibⁿ

Scēda regula. in scēda figura ex puris affirmatis nihil seqk. Cuⁿ rō ē: qz si sic argueret. tūc medium nullibi distribueret. eo q pdicata ppōis affirmatiue nō distribuūt. sz ppt vnionē duorum extremorum cū vno zⁿ cōi p diūsis eⁿ ptibⁿ nō seqk vnio iporum iter se. vt ppt vnionē extrēitatū istarum. s. hois z eq i aiali ñ seqk vnio earum iter se. Alia rō ē. qz si argueret ex purⁿ affirmatis tūc darēt termi i qbⁿ oi z i qbⁿ nulli Termi in qbⁿ oi stⁿ hō al risibile. arguēⁿ sic. ois hō ē al oē risibile ē aial. cū qbⁿ stat ista ꝯclusio in veritate. g oē risibile ē hō. Termi in qbⁿ nulli stⁿ asinⁿ al hō. arguēdo sic ois hō ē aial. ois asinⁿ ē aial. cū qbⁿ stat ista ꝯclusio in veritate, ergo nullus asinus est homo

Arguit Dic arguit ex purⁿ affirmiatis z tñ bñ vz qdā al ē sor. qdā hō ē sor. g qdā hō ē al. Ddz. q̄ ois ibi aliqd seqk materialiter grā terminorum. s. qñ medium ē terminⁿ singla ris singularit tētⁿ. nō tñ seqk in oibⁿ termis. s. cōibⁿ q pñt capi p diūsis. Et iā q̄ ois ibi aliqd seqk p syllogismū expositoriū. ñ tñ p syllogismū simpliter. Vñ syllogismⁿ exposi·oriⁿ bñ vz in se cūda figura affirmatiue. sz nō negatiue. qz alias argueret a nō

distributo ad distributū Tercia regula. in scḋa figura sp cō cludit negatiue. Et ei⁹ pbatō sumit ex scḋa regula dcā. q̃re potu⁹ deberet dici correlariū q̃z regula

Arguit Si i scḋa figura sp negatiue ꝛcluderet tūc tercia figura eēt pfectior q̃z scḋa. Seq̃la pbat. qa figure hnt suas pfectōes a pfectiori mō ꝛcludēdi. Dō. q ex illa pte ē pfectior. sz qr scḋa figura ꝛcludit vl'r. r tcia figura sp ꝛcludit pticularit. iō ex alia pte scḋa figura ē pfectior tercia. Ulñ in scḋaa figura ꝛcludūt ta gña pblematū. s. vl'e pticulaē r negatm

Querit Quot st̃ modi scḋe figure. Dō. q q̃tuor. scz cesare camestres festino baroco Quoꝝ sufficētia sic sumit. nā mod⁹ ē ordinatō duaꝝ ppōnū in debita q̃litate r q̃ztitate. vl' g⁹ ille due p̄misse st̃ ambe vl'es. aut st̃ ambe pticulares. vel maior est vl'is r minor pticularis. aut maior pticularis et minor vl'is. Si ambe p̄misse sunt vl'es hoc est q̃drupl'r vel ambe sunt affirmatiue vl' ambe negatiue. vel maior est affirmatiua r minor negatiua. vl' maior negatiua r minor affirmatiua. Si ambe p̄misse st̃ affirmatiue sic nihil seq̃tur p regulā spēcialem. qr in scḋa figura ex puris affirmatiuis nihil seq̃tur. Si ambe st̃ negatiue sic itez nihil seq̃tur p regulā generalem. qr ex puris negatiuis nihil seq̃tur. Si maior sit affirmatiua r minor negatiua. sic ē camestres. Si ꝯo ecōtra maior ē negatiua r minor affirmatiua. sic ē cesare. Si ambe sunt pticulares sic nihil seq̃tur p regulā generalē. qr ex puris pticularib⁹ indiffinit̃ r singularib⁹ nihil seq̃t̃ Si maior ē vl'is r minor pticular̃ ḣ ē q̃drupl'r. vl' ambe st̃ affirmatiue. r sic nihil seq̃tur p regulā spēalē Ul' ambe st̃ negatiue r sic etiā nil' seq̃t̃ p r̄gulā generalē Ul' maior ē affirmatiua r minor negatiua. sic ē baroco Ul' maior ē negatiua et minor affirmatiua r sic ē festino. Si maior ē pticularis r minor vl'is. ḣ ē q̃drupl'r. r q̃cūqz mō disponāt sp ē cōbinatio inutil' vt dt p̄ma regula spēalis hu⁹ figure

Cesare prim⁹ modus ꝛstat

Hic cōsequēter dētminat de modis scḋe figure in spēali. et p̄mo de cesare manifestās ei⁹ formatōem. dī. Cesare constat ex maiore vl'i negatiua r minori vniuersali affirmatiua cōcludentib⁹ directe vl'em negatiuā Et reducit oñsiue ad celarent. quia quādo

maior de celarēt quertit simpl'r ē bon⁹ syllogism⁹ in celarēt. Et ē formal' ꝓña. qz q̄cq̄d seq̄t ad ꝓñs bone ꝓñe seq̄t ad añs eiusdē sz ꝓūsa maiore de cesare ad p̄missas ei⁹ sequūt p̄misse de celarēt. ad q̄s seq̄t cōcl'o negatiua. g̃ etiā cōcl'o de cesare ē negatiua.

Querit Utr̄ syllogism⁹ fctūs in cesare sit pfect⁹. Dōz q̄ nō. qz syllogism⁹ ille ē pfect⁹ q̄ regulat' eui/dent' z imediate p dici de oi vel dici de nullo. i. q̄ dz fieri subsūp tio sub sbco distributo. sed in scda figura nō fit tal' subsumptio eo q̄ medium bis p̄dicatur

Arguit Ille syllogism⁹ regulat' euidēter p dici de nll'o cu⁹ maior ē vl'is negatiua. sz sic ē in cesare. g̃ re gulat' maifeste p dici de nullo. Dō. q̄ ñ sufficit q̄ maior sit vl'is negatiua. sz etiā req̄rit q̄ fiat sub sbco distributōnis subsūptio

Notandū Q̄q̄libet mod⁹ scde figure reducit ad il lū modū p̄me figure oñsiue. cū q̄ ꝓueit in capite dictionis. sed per impossibile ad illū q̄ ꝓcludit opposi/tū ꝓdcōziū minorz. z ḣ ptz p istā dcōem odiebā. z g̃ cesare redu cit p ipossibile ad ferio. sumēdo oppositū ꝓdcōziū cōcl'ōis cū al tera p̄missaꝝ. s: cū maiore inferēdo oppositū ꝓdcōziū minorz.

Arguit Hic nullū dextr̄ ē sinistr̄. cuiuslibet hoīs ocu/l⁹ ē sinister. g̃ nullⁿ hoīs ocul⁹ ē dexter. arguit in cesare z tū p̄misse stz ve z ꝓcl'o falsa. Dōz. q̄ ḣ arguit a nō di stributo ad distributū ex pte li ocul⁹. qz sicut ocul⁹ nō distribui tur in minore. sic etiā nō deberet distribui in ꝓcl'one. z g̃ deberet sic ꝓcludi. cuiuslibet hoīs ocul⁹ nō ē dexter Sz dicēs rect⁹ nō di stribuit ad distributōz obliq̄. g⁹ ocul⁹ in ꝓcl'one nō distribuit Dō. q̄ rect⁹ nō distribuit ad distributōz obliq̄ p signū affirma tiuū. tū bñ p signū negatiuū. sicut fit ḣ.

Camestres secūd⁹ modus

cōstat ex maiore vl'i affirmatiua. z minore vl'i negatiua. cōclu/dentibus vl'em negatiuā directe. Et ē camestres formal' ꝓñtia et pbat' eodē mō sicut ꝓña p̄mi modi. Et reducit oñsiue ad cela rēt. z nō est syllogim⁹ pfectus vt sup̄ dictū ē de cesare. sz p ipossi bile reducit ad dary. qz minor de camestres est vl'is negatiua. et ꝓclusio de darij est pticularis affirmatiua. z sic darij cōcludit oppositū ꝓdictoziū minoris

Arguit Cesare ⁊ camestres hñt easdē pmissas ⁊ pcl'oes ḡ nō ſt̃ modi distincti. Dō. q̃ uis hñt easdē pmissas: nō tñ eodē mō dispositas. ſz trāspositas. mō trāspositio variat modū lz nō figurā Etiā nō hñt cādē pcl'ocm qz pclusio de camestres ē null9 lapis ē hō. ⁊ pclusio de cesare ē null9 hō. ē lapis. vtz in syllogism o cuiuslibet

Arguit Maior de camestres ē vl'is affirmatiua. ⁊ maior de cesare ē vl'is negatiua. ſz vl'is affirmatiā ē añ vl'em negatiuā. g9 camestres dz pcedere cesare. Dō. q̃ ḥ ñ attēdit ordo pnes ḥ q̃ maior sit vl'is affirmatiua vel negatiua ſz pnes facilior ē reductōz. ⁊ qz cesare facili9 reducit ad celarēt q̃z camestres. vtz in textu. g9 pcedit.

Arguit Nō seq̃t ī camestres oē mortuū ē nō ens. null9 hō ē nō ens. g9 null9 hō ē mortu9. qz pclusio ē falsa ⁊ pmisse ve. Dō. q̃ ḥ arguit a nō āplo ad āplū. qz hō ī minore nō āpliat. ſz stat solū p pñtib9. ⁊ ī pcl'oe āpliat qz stat p pñtib9 ⁊ pteritz. Sz dicēs. arguē a nō āplo ad āplū ē arguē ab iferiori ad supi9. qz ī min9 nō ampl9 ē inferi9 ad se nō āpliatū. ḡ oña erit bona. Dō. q̃ vez ē. si arguat sine distributōne. ſz ab iferiori ad supi9 cū distributōe ē fall'a oñis. ⁊ sic arguit ḥ

Arguit Nō seq̃t cuiuslibet ōdcōis alta ps ē va. cuiuslibet ōdcōis alta ps nō ē va. igr̃ nulla ōdcō ē ōdictio. Dō. q̃ male pcludit. ſz deberet sic pcludi. g9 cuiuslibet ōdcō alta ps nō ē ōdcōis alta ps. ⁊ sic cōclusio ē va.

Festio terci9 modus pstat.

Hic oñr determiat de modis pticularib9 secde figure. ſ. de festino ⁊ baroco oñdēs p̄mo ex q̃b9 cōstet festino. vtz in lra. Et ē formal' coñtia. nō tñ ē syllogism9 pfcūs. vt dcm̄ ē sup̄. ⁊ reducit ad ferio oñsiue. vtz in textu. Sz p ipossibile reducit ad celarēt. qz celarēt cōcludit oppositū ōdcōrū minoris de festino

Arguit Nō seq̃t in festino. nullū al'dormiēs vigilat. q̃dā hō vigilat. g9 q̃dā hō nō ē al'. pmisse em̄ sē ve cōclusiōe exñte falsa. Dō. q̃ male cōcludit. qz pl9 ē sbcm̄ maioris q̃z pdicatū cōcl'oris. ſz dz sic cōcludi. g9 q̃dā hō nō ē al' dormiēs. ⁊ ḥ mō cōclusio ē va sicut ⁊ pmisse

Baroco q̃rtus mod⁹ ꝓstat.

ex maiori vl̃i affirmatiua ⁊ minore pticulari negatiua conclu/
dẽtib⁹ pticl'arẽ negatiuã. Et ñ pt reduci ad aliquẽ modũ oñsiue
qz vel hoc fieret vel p ꝓuersionẽ vel p trãspositõez p̃missaꝝ nul
lũ illoꝝ ẽ dõm igitur. Maior ptz qz maior nõ pt ꝓuerti cũ sit pti
cularꝭ negatia. ⁊ si maior ꝓũteretur h̃ essz i pticularẽ affirmatiuã
⁊ sic arguẽtur ex puris pticularib⁹. Etiã nõ p trãspositõez p̃missa
rũ qz sic maior fieret pticularꝭ in p̃ma figura. qd̃ est cõtra vnã re
gulã specialẽ p̃rime figure q̃ est. maiore exñte pticulari nihil seq̃
tur. Et ergo solũ p impossibile reducitur ad barbara.

Arguit̃ Particl'aris negatia cõuertit̃ p ꝓpositõez. g̃ ma
le h̃ ꝯ q nõ possz cõuerti. Añs ꝓbat p pe. his. in
p̃mo tractatu. Dõz q conũsio capit̃ dupl'r. vno⁰ vt est passio
enũciatõis absolute. ⁊ sic bñ cõuertit̃ pticularꝭ negatiua. Alio⁰
capit̃ vt ẽ p̃ncipiũ reductiuũ sillogismoꝝ ipfectoꝝ ad pfectos. ⁊
hoc mõ nõ pt cõuerti. qz in tali reductõe ꝯbẽt manere idẽ termi
ni. sz in cõuersione p cõtrapositõez termini mutantur.

Ar Nõ sequitur i baroco oĩs hõ ẽ totũ in q̃ztitate sortes nõ ẽ
totũ i q̃ztitate. g̃ sortes ñ est hõ. Jteꝝ nõ seq̃t oĩs hõ cur/
rit p casũ. adã nõ currit. ergo adã nõ ẽ hõ Dõm ad p̃mũ q ma
ior pt accipi dupl'r. vno mõ vt ẽ vl'is ⁊ tũc ẽ bon⁹ sillogism⁹ i ba
roco. sz sicut cõclusio ẽ falsa. ita ⁊ maior. Alio mõ capit̃ vt ẽ vna
singl'aris vel indifinita tũc ẽ vera sz ñ valz sillogism⁹. qz tũc ar
guitur ex puris pticl'arib⁹ Ad secõm dõm q nõ fuaꝝ ꝯbitare
stricto qz hõ in maiori restringit̃ stare p p̃ñtib⁹ ⁊ in cõclusione
nõ restringitur p p̃ñtib⁹ sz ꝯstruitur p p̃ñtib⁹ pteritis ⁊ futurꝭ.

Equit̃ de tercia figura

Post q̃z pe. his. ꝯtermiant d̃ secũda figura ⁊ modis ei⁹
hic cõseq̃nter ꝯtermiat ꝯ tercia. Et seq̃tur secdaz figurã
sicut impfectũ seq̃tur pfectũ. quia pfectio figuraꝝ attẽditur pe/
nes pfectõez medij. sz mediũ in secda est pfecti⁹ q̃z in tercia figu/
ra vt patuit supra. Determinãdo igitur ꝯ tercia figura. p̃mo poit
aliq̃s regl'as i mõis ei⁹ obꝑuãdas. Pria ẽ i tcia figura maiore exñ
te negatia nihil seq̃tur. Rõ isti⁹ regl'e est qz si minor eẽt negatia
tũc oporterz cõclusionẽ eẽ negatiuã p regl'az gñalẽ. si aliq̃ pmis/

sarū fuerit negatiua cōclusio erit negatia. ⁊ etiā oportteret maiorē esse affirmatiuā itez p regulā gnalē. qz ex puris negatiuis nihil seqtur. ⁊ sic argueret a ñ distributo ad distributū ex pte maioris extremitatis. eo q pdicatū ppōnis affirmatie non distribuit. sz tñ distribueret in ꝓclusiōe eo q eēt predicatū ꝓclusiōis negatie qd semp distribuit. Alia rō ē qz si minor essz negatiua tūc darēt terminī in qb⁹ omni ⁊ in qb⁹ nulli Terminī in qb⁹ omni sunt al' hō asin⁹ sic arguēdo. oīs homo est aīal. null⁹ hō ē asin⁹ stat cōclusio vniuersalis affirmatiua in veritate. ergo oīs asin⁹ est animal. Et in eadē dispositōe cōtingit dare tres terminos in qb⁹ nlli q sunt hō aīal lapis. sic arguendo. oīs hō est animal. null' hō est lapis. stat ista cōclusio negatiua in veritate nullus lapis ē aīal. Sē cūda regl'a i tercia figura cōclusio dz eē pticl'aris. Rō isti⁹ regule est. qz si cōclusio esset vl'is tūc semp argueret a nō distributo ad distributū ex pte minoris extremitatis eo q pdicatū ppōis affirmatiue nō distribuit ⁊ tñ distribueret in cōclusiōe eo q esset subiectū ppōnis vl'is. Scda rō qz tūc essz dare termios in qb⁹oī ⁊ in qbus nulli. vt patet faciliter practicēti. Tercia ratio est qz talis debet esse vnio extremitatū in cōclusione qualis ē vnio ipaz in premissis cū medio. sed premisse vniuntur cū medio pticularitter. ergo etiam conclusio debet esse pticularis.

Sī Cōclusio debz eē similis alicui pmissaz. sz vna pmissarū in tertia figura ē vniuersal'. ergo cōclusio erit vniuersalis

Dōm q vez est q conclusio debz eē similis alicui pmissaz in qualitate et ita phus intelligit et nō in quātitate quia similitudo est rerum differentiū eadem qualitas

Sī Quelibz cōclusio pticularis sufficiēt pt cōcludi in pma figura. s. in darij ferio fapesmo dabitis ꝛc. igit ista figūa ē superflua Dōm licz oīs cōclusio pticularis sufficiēter cōcludat in pma figura pm aliqnos modos cōcludēdi. nō tñ quo ad oēs.

Vñ ēcia figura hz sex mōs

Hic ꝓñt dēmiat de mōis tcie figure q̄z sūt sex Et istoz modoz nūs hēt p sufficiētiā nā mod⁹ē ordiatio duaz ppōnū in debita q̄litate ⁊ q̄ztitate. Ul'g⁹ ille due pmisse ādē stz vl'es aut ādē pticulares. vel maior vl'is ⁊ minor pticularis. aut maior pticularis ⁊ minor vl'is. Si ādē pmisse stz vl'es hz ē q̄drupliciter. quia vel ambe

sunt affirmatiue. ⁊ sic ē darapti. aut ātē negatiue. ⁊ sic nihil seq̄tur. vel maior ē affirmatiua ⁊ minor negatiua. ⁊ sic itez nihil seq̄tur ppter regulā vnā istī figure. aut maior ē negatiua ⁊ minor affirmatia. ⁊ sic ē felapto Si ambe stī pticulares. ḣ ē q̄drupl'r. et q̄cūq; mō disponāt sp ē cōbinatio inutilis. Si maior ē vl'is ⁊ minor pticularis hoc ē q̄drupl'r. vel ambe stī affirmatiue ⁊ sic est datisi. aut ambe negatiue. ⁊ sic nihil seq̄tur. vel maior ē affirmatiua ⁊ minor negatiua. ⁊ sic itez nihil seq̄tur. aut maior ē negatiua ⁊ minor affirmatiua. ⁊ sic ē ferison. Si maior ē pticularis et minor vl'is hoc ē q̄drupl'r. q; vel ambe stī affirmatiue. ⁊ sic ē disamis. aut ātē negatiue ⁊ sic nihil seq̄t. vl' maior affirmatia ⁊ minor negatiua ⁊ itez nihil seq̄t. aut ecōtra maior negatiua ⁊ minor affirmatiua. ⁊ sic ē bocardo

Arguit Plures stī mōi directe cōcludēdo q̄z sex. ḡ ista sufficiēcia ē insufficiēs. Ans pz sic arguēdo sortes ē risibil' sortes ē hō. g° hō ē ribsiil'. Dōm q̄ ille nō ē syllogismus simpl'r. sz expositorī. q̄ licet posset fieri in omni figura. tn ī tercia ē optim'. in ꝑma medius. ⁊ in scōa pessim'. Exemplū de ꝑma figura. vt sortes ē aial. q̄dā hō est sortes. g° q̄dā hō ē anial. Exemplū de scōa. vt nullus lapis ē sortes. q̄dam hō est sortes. g° q̄dam hō nō ē lapis. Exemplū de tercia. vt sortes nō ē asin'. sortes ē hō. g° hō nō est asin'. Sz nō fit in mō. q̄a semp oz medium distribui in aliq̄ premissaz. sed termin' singularis q̄ est mediū syllogismi expositorij nō pt distribui. Et q; diffi° syllogismi predicta sibi non conuenit propter illam pticulam positis que valet id est in modo et figura dispositis ideo oportet hic ponere eius ppriam diffinitōem

Querit Quid ē syllogismus expositorī Dōz q̄ syllogism' expositorī ē. cui' mediū ē ēmin' singularis singularter ⁊ vniuoce ētus cui pt debite addi ḣ cōplexū ōe qd ē. exēplū vt sortes ē al' sortes ē hō. ḡ sortes ē al'. Jn q̄ diffinitōe tāgūt tres ꝑditōes q̄ req̄rūt ad syllogismū expositoriū q̄b' soluūt argumēta q̄ pūt fieri ad pbādū q̄ syllogism' expositorius nō sit formal' ꝑfa nec teneat in oibus ēmis ꝑsimilib' consimili forma retēta. Pria ē q̄ mediū dz ee ēmin' singularis. ⁊ tō ḣ non arguit expositorie qualitas sortī ē albedo qualitas sortī ē musica. ḡ musica ē albedo. Scōa cōditō ē q̄ mediū dz teneri singulariter ⁊ vniuoce. ⁊ ḡ nō sequit sic arguēdo expositorie demōstran

vo sortē. iste homo ē sortes. vt inde vt mōstrādo platonē iste hō ē plato. ergo sortes est plato. Tertia cōditō ē q medio vbz ꝯgrue addi hoc cōplexū oīe quod est. ꝓpterea hic nō arguit expositorie dicēdo ḣ cēntia diuina ē pr̄. hec cēntia diuina ē filiꝰ gꝰ filius est pr̄ Et illō cōplexū oīe qd est. facit terminū singulare sufficiēter teneri singlariť q̄re illō medīū hec cēntia diuina nō ē sufficiēť singlariť tētū qz ē vna cēna nūo i ibꝰ psois z ḣ i dō ē singlaē

Ar Hic arguit expositorie iste canis ē pater. iste canis est tuꝰ ergo ē pater tuꝰ Dōm q ibi male infert quia medīū intrat cōclusionē. Etiā minor extremitas nō subijcit in cōclusiōe. vberet enī sic cōcludi iste canis est pater et est tuus. ergo qd ē tuum est pater. et ita committitur fallatia accidentis.

Ar Nō seqť scia sortis ē grāmatica. scia sortis ē musica. gꝰ musica ē grāmatica. Dōz q medīū ḣ nō ē terminꝰ singularis fm se totū. et lez medīū tēť p re singulari. nō tñ teneť singlariť.

Querit Per q̄ ꝓncipia regulať syllogismꝰ expositoriꝰ. Dōm q affirmatiui expositorij regulať p hanc maximā q̄cūqz stis eadē vni singlari singlariť et vniuoce tēto z ē stis eadē inť se Et negati regulať p hāc q̄cūqz sic se hnt q vnū coz ē idē vni singlari singlariť tēto cui altz ñ ē idē illa ñ st eadē it se

Ar Dis syllogismꝰ dz reglari p dici de oī vel dici de nullo sed syllogismꝰ expositoriꝰ nō regulať p dici de oī vel dici de nullo igiť Dōm q duplex ē syllogismꝰ. quidā est cōcludēs ad intellectū cuiꝰ medīū ē terminꝰ cōis cui pōt addi signū vniuersale Alius est syllogismꝰ cōcludēs ad oculū vel ad sensuz cuiꝰ medīū est terminꝰ singularis z vocať syllogismꝰ expositoriꝰ. Tūc dz q maior ē vera de syllogismo cōcludēte ad intellectū. qz syllogismꝰ expositoriꝰ habz alia ꝓncipia vt patuit. sed q arestotiles nō determinat de syllogismo expositorio ideo est. qz ars z ꝓtus habēt sieri circa difficilia. sed syllogismꝰ expositoriꝰ est manifestus quo ad sensum qz ꝓcedit ex singularibus q̄ sensu cognoscuntur.

Querit Utz syllogismꝰ expositoriꝰ negatiuus valeat ī oibꝰ figūis Dōz q nō vz in scḋa qz tūc arguerеť a nō distributo ad distributū vel ex pte maioris extremitatis vel ex pte minoris extreitatis. Sz si maior fuerit negatia et minor affirmatia tūc bñ valz in ꝓma figura z tercia vt bñ seqť in ꝓma sortes nō est asinꝰ. q̄dā hō ē sortes. g q̄dā hō nō ē asinꝰ. Jn ter/

cia figura vt sortes ñ currit. sortes est hõ ergo q̃dam hõ nõ cur/
rit sed si maior fuerit affirmatiua ⁊ minor negatiua tũc non va/
let: qr tũc arguerek a non distributo ad distributum.

Arguit Nõ seq̃tur sortes ē al' sortes nõ ē asin⁹. g̃ asin⁹
non ē al' Dõz q̃ in ēcia figura minore exñte
negatia non valz syllogism⁹ vt dictũ ē ideo notãdũ ē q̃ spēales
regule figuraꝝ ꝓbēt etz seruari in syllogismo expositorio.

Darapti prim⁹ mod⁹ con.

stat ex vl'i affirmatia maiori ⁊ vl'i affirmatia minori pticl'arem
affirmatiuã ꝯcludētib⁹ dircē. vt ois hõ ē suba. ois hõ ē al'. g̃ qd/
dã al' ē suba. Et pt trib⁹ mõis pbari q̃ darapti sit formal' ꝯñtia
Primo reducēdo darapti oñsiue ad terciũ modũ prime figure.
Secdo reducēdo ipm p impossibile ad secdz mõz pme figūe Ter
cio pbak p syllogis⁹ expositoriũ. Et qñ q̃rik quare plib⁹ mõis p
bank isti mõi q̃z mõi figuraꝝ pcedētiũ. Dõz q̃ mõi tercie figure
stz impfectissimi. ⁊ g⁹ indigēt plib⁹ pbationib⁹ Et reductio isti⁹
modi oñsina satz ptz in textu. sz p ipossibile reducik ad celarēt sui
mēdo oppositũ ꝯdictoriũ ꝯclonis cũ vna pmissaꝝ. i. miore et i
ferk oppositũ ꝯtrariũ alti⁹ pmisse. Sz p syllogis⁹ expositoriũ p/
bak sic qr ad pmissas ꝓ darapti sequũk pmisse syllogismi exposi
torij. sz ad pmissas syllogismi expositorij seq̃k ꝯclo pticl'arz affir
matia. g̃ ec ad pmissas ꝓ darapti tlis seq̃k ꝯclo. vt si iste pmis/
se stz q̃ ois homo ē suba. ois homo ē al'. ec iste erũt q̃ sortes est
suba ⁊ sor ē al' tũc arguik sic expositorie sor ē suba. sor ē al'. g̃ qd/
dã aial ē suba. vbi ad pmissas singulaes seq̃k ꝯclusio pticularis
affirmatia. g⁹ ec ad pmissas ꝓ darapti eadē seq̃k ꝯclusio. qr q̃c/
quid seq̃k ad ꝯñs bone ꝯñtie etiã seq̃k ad añs eiusdem.

Arguit Mod⁹ pfcñs ñ dz rduci ad mod⁹ ipfcñ. sz da
rapti ē mod⁹ pfcior q̃z darij. g̃ ñ dz rduci ad da
rij oñsiue Mior pz qr ē vl'is ⁊ d arij ē mõs pticl'aris Dõz q̃ mõ
vl'es st pfcõres in eadē figũa q̃z pticl'aes ñ tñ i diub⁹. mõi ei p/
ticl'aes prie figūe st pfcões q̃z mõi vl'es i alijs eo q̃ eaidēti⁹ ꝯclu

Ar Reducē p impossibile ē sumē oppo⁹ ꝯdcõriũ ꝯclonis)dñt
cũ alia pmissaꝝ ⁊ iferre oppo⁹ alti⁹ pmisse. sz sic ñ fit qñ da
rapti rducik ad celarēt p ipossibile qr ibi sumik oppositũ ꝯtrariũ
maioris. g̃ male reducik ad celarēt p impossibile. Dõm q̃z uis

ꝑmo ⁊ ꝑ se sumat ꝓtrariũ.tũ ex ꝓñti sumit ꝓtradictoriũ maiorꝭ vñ i oib⁹ mõis sed̃e figũe ẽ sumẽdũ oppositũ ꝗdictoriũ maiorꝭ exceptꝭ istis duob⁹ darapti ⁊ felaptõ i qb⁹ sumit oppositũ ꝗriũ.

Arguit Nõ seq̃t i darapti o is hõ ẽ alb⁹ in casu possibili oꝭ hõ inq̃ztũ hõ ẽ risibil'.g qd̃dã risibile inq̃ztũ risibile est albũ.ergo darapti nõ est formalis ꝓñtia. Dõm q̃ nõ bñ cõcludit.qz plus ponitur ad ꝑdicatũ ꝓclusiõis q̃z ad ꝑdicatũ maioris ꝓpõnis.qz inq̃ztũ nõ poneba̅t ad ꝑdicatũ maioris ꝓpõnis cũ sit ꝛtermiatio medij.ergo nec ꝛtbz poni ad ꝑdicatũ cõclusiõis.ꝛtꝛt ergo sic ꝓcludi.ergo qd̃dã risibile est albũ. Vel ꝑt cõcludi cũ implicatõe ad subiectũ.ergo qd̃dã risibile inq̃ztũ hõ est albũ. Sz diceres hõ est mediũ ⁊ nõ intrat in conclusiõez.g⁹ male cõcludit.Dõz q̃ nullũ mediũ vt mediũ dz intrare cõclusiõez.sz bñ vt est aliqd̃ ꝛterminãs extremitatẽ.

Arguit Hic arguit sine reduplicatõe ⁊ tũ nõ seq̃tur cuiuslibz cõtradcõnis altera ꝑs est vera cuiuslibz contradictõis altera ꝑs est falsa.ergo falsum est ꝛez. Dõm q̃ plus subicitur i minori q̃z distribuitur in maiori.qd̃ nõ dz fieri in tercia figura.quia in maiori distribuitur solus obliquus.

Ar Nõ seq̃tur in darapti.ab oi hoie videtur pater.ab oi hoie videt filiꝰ.g⁹ filiꝰ est pr̃. Dõm q̃ male cõcluditur.sz dz sic cõcludi.ergo ab eodẽ a quo videtur filiꝰ etiã videtur pater

Felapton secũdus modus

cõstat ex vli negatia maiore.⁊ vli affirmatiua minore cõcludẽtibus ꝑticularẽ negatiuã. Et iste modꝰ ꝓbatur triplicit̃ scz oñsiue.ꝑ impossibile.⁊ ꝑ sillogismũ expositoriũ sicut superius dictũ est ꝛ darapti. Et reducitur ostensiue ad ferio.sed ꝑ impossibile reducitur ad barbara.quia barbara cõcludit oppositũ contrariũ maioris ꝛ felapton. Et ꝓbatur ꝑ sillogismũ expositoriũ capiendo vnũ singulare sub medio eiꝰ ꝛ quo negetur maior extremitas ⁊ affirmetur minor ꝛeinde inferatur cõclusio ꝑticularis negatia

Notãdũ Qꝭ q̃libz modꝰ ꝛcie figuẽ ꝑt reduci ꝑ ipossibile ad illũ modũ ꝑme figuẽ q̃ cõcludit oppositũ ꝗdictoriũ maioris exceptꝭ duob⁹ ꝑmis modis darapti ⁊ felapton q̃ reducũtur ad illos modos ꝑme figure ꝑ ipossibile q̃ cõcludũt oppositũ ꝗriũ mioris.⁊ g darapti reducitur ad celarẽt ⁊ felaptõ ad barbara. Et ꝯ ꝑtꝭ i illis dcõnib⁹ leuare romanis.

Arguit Hic arguit in felapton. nullus hō est genus oīs hō est al. g al nō est genus. ⁊ tñ nō seqt. ergo ñ est formalis ꝓntia. Dōm q aial nō tenet in miori ppōne ⁊ in cōclusione eodē mō. g sūt ꝓtualr quattuor termini. Sz diceres. al pdicat in miori ppōne vt gen⁹ ⁊ in cōclusiōe stat aial vt gen⁹. ergo sumit eodē mō. Dōz q̄ ius al stat vt gen⁹ in minori ppōe tñ tenet etiā p natura generica ꝓcernēte sua suppōsita quo mō non capit in ꝓclusiōe. ⁊ sic nō p oia eodē mō ponit. Etiā ibi variatur ppō. qz al in minori supponit pſonaliter. ⁊ in ꝓclusiōe simplr Sz dicēs al vtrobiq̄ supponit simplr. ergo hic nō est mutatio suppositōis. Dōm q aial in minori ppōe supponit simpliciter in secūdo gradu qui coincidit cū suppositione personali.

Disamis tercius modus cō-

Postq̄ pe. his. determiauit de modis vlibus tercie figure. hic ꝓnter agit de pticularibus ⁊ primo de affirmatis q̄ sunt disamis ⁊ datisi. primo oñdēs ꝓpositōes illius modi disamis vt in lra ptz. Et iste modus reducit oñsiue ad darij p ꝓuersionē maioris ⁊ cōclusiōis simplr ⁊ p trāspositōem p̄missarū. ⁊ pbat iste modus qz illa ꝓntia est bona in qua ex opposito ꝓntis seqtur oppositū antis. Sz p impossibile reducit ad celarēt sumēdo oppositū ꝑdictorū ꝓclusiōis cū altera p̄missarū. s. cū miore iferēdo oppositū alcius p̄misse

